

donabat misericors erat. quando reddet iudex erit. quia misericordi  
a & iudicium cantabo tibi dñe. Sed donando delicta fecit fecit seco  
rong debitorem. ibi misericordiam consecutus sum. misericors ego  
dñs. primo. hic autem reddet mihi coronam iustitiae. Unde reddet.  
quia iustus iudex est. Quare iustus iudex. quia bonum certamen  
certavi. cursum consummaui fidem seruaui. Ideo iustus non potest  
nisi coronare ista. Inuenit enim istam quae coronaret. Antea uero  
quid inuenerat. Qui prius fuit blasphemus & persecutor. Istado  
nauit. illa coronauit. Donauit haec tempore misericordiae. Corona  
uit illa tempore iudicii. Quia misericordiam & iudicium cantabo ti  
bi dñe. Sed numquid solus paulus hoc meruit. hoc enim dixeram quo  
modo in illo testimonio terruit. sic in isto erexit. Cum dixisset red  
det mihi in illo die iustus iudex. non solum mihi inquit. sed omnibus  
quidiligunt manifestationem & regnum eius. Ergo fratres quo ha  
bemus tempus misericordiae. non nobis blandiamur. non nos dimit  
tamus non dicamus semper parcat dñs. Etce feci heri & peperit dñs.  
facio & hodie & parcat dñs. faciam & cras quia parcat dñs. Attendis ad  
misericordiam & non times iudicium. Si uis cantare misericordiam  
& iudicium. Intellege quia ideo parcat ut corrigaris. non ut in ma  
lignitate permaneat. Noli tibi thesaurizare iram indiae irae erro  
uelationis iusti iudicid. quia tempore misericordiae in alio psalmo di  
citur. peccatori autem dicit dñs. ut quid tu enarras iustificationes meas.  
& adsumis testamentum meum per os tuum. tu uero odisti disciplinam  
& abiicisti sermones meos post te. Si uidebas furem currebas cum eo. et  
cum moechis portionem tuam ponebas. Sedens aduersus fratrem tuum  
decehebas. & aduersus filium matris tuae ponebas scandalum. haec fe  
cisti et tacui. Uide tempus misericordiae. Quid est tacui. Numquid  
non corripui. Sed non iudicauit. Quomodo enim tacet qui cotidie da  
mat in scripturis in euangelio in predicatoribus suis. Tacui a suppli